

## La journée d'un écolier.

### *Le lever.*

Ante lucem vigilo de somno et puerum voco. Jussu meo fenestram aperit.

Posco aquam : lavo primo manus, deinde faciem; dentes frico et gingivas. Dormitorium depono et tunicam ad corpus accipio. Praecingo me et induo superariam albam; supra induo paenulam.

### *Les salutations matinales.*

Exeo e cubiculo cum nutrice et patrem matremque saluto.

### *L'école.*

Stilum tabulasque quaero et puero ea trado. Paratus ergo, in ludum cum paedagogo eo.

Primum magistrum saluto et puer meus mihi tabulas porrigit.

Condiscipulos saluto : « Salvete condiscipuli; locum meum mihi date; densa te. Meus locus est ; ego occupavi. »

Laboramus. Cum scripsi, ostendo magistro : « Ostende , quomodo scripsisti ? Bene valde. » Jubet me legere ; edisco interpretamenta.

### *Le déjeuner et le retour à l'école.*

Deinde magister nos dimittit ad prandium. Venio domi, ubi accipio panem candidum, olivas, caseum, caricas, nuces; aquam frigidam bibo.

Post prandium in ludum iterum eo, ubi invenio magistrum. Dicit : « Incipite ab initio. » Denique ad balneum nos dimittit.